



**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Concordata Inter Legatvm Sedis Apostolicae, Et Imperatorem Fridericum
III. ac Principes Germaniæ, ratione Ecclesiarum, Monasterium, alorumque
beneficiorum Ecclesiasticorum, approbata per Nicolaum V. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

NOTATIO in Tit. ult.

A Et si hac purgatio canonica inventa & prodita sit à SS. Canonibus, & sic in foro Ecclesiastico tantummodo locum habere videatur: tamen & in seculari foro quibusdam in locis usus receptarit, teste Lod. Damhaud. in Praxi

crimia, cap. 44. cuius & in iure civili iudicia extant in §. si quis autem Novel. 125. Ut litigantes, id. ha. C. De abolitione. in l. Eos 24. in fine C. De usur. tum in Ordin. Imper. Cam. in crimine fracte pacis. part. 2. tit. o. in fine. Vide Gloss. in l. 3. C. De rebus cre-ditis.

FINIS.

CONCORDATA INTER LEGATVM SEDIS APOSTOLICAE, ET IMPERATOREM
Fridericu[m] III. ac Principes Germanie, ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, alorumque
beneficiorum Ecclesiasticorum, approbata per Nicolaum V. Summum Pontifi-
ceni, Anno M. CCCC. XLVII. XIV. Kal. Aprilis.

NICOLAUS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad sacram Petri Sedem diuina dispositione sublimati, singularis, qua pro universalis Ecclesie unione ac pace & tranquillitate profutura conspicimus, Apostolicæ providentiae solicitudine libenter intendimus, & ad felicem illorum persecutionem & consummatiōnem, opem & operam impendimus efficaces.

Nuper siquidem charissimus in Christo Filius noster, Fridericus Romanorum Rex illustris, & nonnulli alii dilecti filii, Ecclesiastici, & seculares Principes inclite Nationis Germanicæ, ex una; ac dilectus Filius noster Joannes sancti Angeli Diaconus Cardinalis, in partibus illos Apostolicæ Sedis de latere Legatus, per nos ad dictas partes missus, sufficienti desuper a nobis, & Sede Apostolica auctoritate suffulcus ex alia, partibus, Romanæ Ecclesie, & dictæ Nationis nominibus, pro ipsius Ecclesie unione, pace & tranquillitate inter Ecclesiam & Nationem perpetuò solidandis, & confoverdis, diversa rationabilia & utilia, ordinationes & statuta, a partibus ipsis hinc inde approbata, laudata, conclusa, acceptata & concordata, fecerunt ac ediderunt; Nobisque humiliter supplicari fecerunt, utilis, pro firmiori eorum subfertentia, robur Apostolicæ firmitatis adjicere, nec non auctoritatem potiorem, & decretum interponere dignaremus.

Nos itaque, qui Statuta, ordinationes, & con-

cordata praedita, per nonnullos ex venerabilibus Fratribus nostris S. Romana Ecclesie Cardinalibus, magistris maturitatis, auctoritatis & literaturæ viros, diligenter examinati & difecti fecimus, eaque rationabilia & salubria tam Ecclesie quam Nationi præfatae comprehendimus, de dictorum & aliorum venerabilium Fratrum nostrorum praedictæ Ecclesie Cardinalium consilio & assensu, Apostolicæ auctoritate, & ex certa scientia approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, juxta modum & formam subsequentes.

Placet nobis super Ecclesiarum & beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque provisoriis, uti juris scripti reservationibus, & Extrahibiles, & Ad regimen Constitutionum, modificatis, ut sequitur.

Ad regimen Ecclesie generalis, quamquam inmeriti, superiore dispositione vocari, gerimus in nostris desideriis, ut debemus, quod per nostræ diligentie studium, ad quarumlibet Ecclesiarum & Monasteriorum regimina, & alia beneficia Ecclesiastica, juxta divinum beneplacatum, & nostræ intentionis affectum viri assumentur idonei, qui præsint & præsint committendis eis Ecclesiis, Monasteriis & beneficiis prælibatis.

Piz.

CONCORDATA GERMANIAE.

Premissorum itaque consideratione induci, & suadentibus nobis aliis rationabilibus causis, nonnullorum prædecessorum nostrotum Romanorum Pontificum vestigia inherentes, omnes Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales Ecclesiæ, Monasteria, Prioratus, Dignitates, Personatus & Officia, nec non Canoniciatus, & Præbendas, & Ecclesiæ, cæteraque beneficia Ecclesiastica, cum cura vel fine cursus, secularia & regularia, quæcumque & qualiacumque fuerint, etiam si ad illa persona conlueverint, seu debuerint, per electionem, seu quemvis alium modum assumi, nunc apud Sedem Apostolicam quocumque modo vacantia, & in posterum vacatura; nec non per dispositionem, seu privationem, seu translationem per nos, seu auctoritate nostrâ factas, & in anteâ faciendas ubilibet: Nec non ad quælibet in concordia vel discordia electi sive postulati fuerint, quorum electio cassata, seu postulatio repulsa, vel per eos facta renuntiatio, & admissa auctoritate nostrâ extiterit, seu quorum electorum, vel postulatorm, & in anteâ eligendorum seu postulatorm electionem cassati, seu postulationem repelliti, aut renuntiationem admitti per nos, aut auctoritate nostrâ contingit apud Sedem prædictam, vel alibi ubicumque, & etiam per obitum Cardinalium ejusdem Ecclesiæ Romanæ, aut Officialium dictæ Sedis, quamdiu ipsa officia actualiter tenebunt (videlicet Vicecancillarii, Camerarii, septem Notariorum, Auditoris literarum contradictarum, & Apostolici Palatii causarum Auditorum, Correctorum, centrum & uojuis Scriptorum literarum Apostolicarum, & viginti quatuor Penitentiariae pias factæ Sedis, & viginti quinque Abbreviatorum, nec non verorum Communalium nostrorum, & aliorum viginti quatuor Capellanorum Sedis eisdem in epitaphio descriptorum) & etiam quorumcumque Legatorum, seu Collectorum, ac in terris Romanæ Ecclesiæ Rectorum, ac Thesauriorum deputatorum, seu missorum hastenus, vel deputandorum aut mittendorum in posterum vacanta, & in anteâ vacatura, ubicumque dictos Legatos vel Collectores seu Rectores, & Thesaurarios, antequam ad Romanam Curiam redierint seu venerint, rebus eximi contigerit ab humani: nec non quorumlibet pro quibuscumque negotiis ad Romanam Curiam venientium, seu etiam recessentium ab eadem, si in locis à dista Curia ultra duas dictas legales non distantibus jam forsitan obierint, vel eos in anteâ ab hac luce

transire contigerit, etiam simili modo quorumcumque Curialium peregrinationis, insinuatis seu recreationis, vel alia quacumque causâ ad quævis loca sedentium, si eos antequam addictam Curiam redierint in locis, ultra duas dictas ab eadem Curia, ut præmititur, non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non existat ibidem) jam forsitan decesserint, vel in posterum eos contigerit de medio submoveri, & nunc per obitum huiusmodi vacantia, vel in posterum vacatura: Rursus Monasteria, Prioratus & Dignitates, Decanatus, Personatus, Administrations, Officia, Canoniciatus, Præbendas & Ecclesiæ, cæteraque beneficia Ecclesiastica, secularia & regularia, cum cura vel fine eura, quæcumque & qualiacumque fuerint, etiam si ad illa perlopæ conlueverint, seu debuerint per electionem, seu quemvis alium modum assuumi, quæ promoti per nos, seu auctoritate nostrâ ad Patriarchalium, Archiepiscopalium, Episcopalium Ecclesiarum, nec non Monasteriorum regimina, obtinebant tempore promotionam de ipsis factis, nunc quocumque modo vacantia, aut in posterum vacatura: Nec non etiam per asecutionem pacificam quocumque Prioratum, Personatum, Officiorum, Canoniciatum, Præbendarum, Ecclesiarum, aut beneficiorum aliorum per nos, seu auctoritate nostrâ in literarum immediatæ collatorum, seu conferendorum in posterum, præterquam, si virtute gratiae expectativa asecutio sit, nunc vacantia, & in anteâ vacatura; plena super præmissis omnibus & singulis cum Fratribus nostris collatione præhabitâ & maturâ deliberatione fecurâ, ordinationi, dispositioni, ac provisioni nostrâ, de ipsorum Fratrum consilio, auctoritate Apostolica reservamus; Decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super præmissis & quolibet eorum, per quoscumque, quavis auctoritate scienter vel ignorantiter, contigerit attentari.

Item placet nobis, quod in Metropolitanis & Cathedralibus etiam immediatè non subjectis Ecclesiis & Monasteriis immediatè subjectis Sedi Apostolice, hanc electiones canonicæ, quæ addiccam Sedem deferantur, quas etiam ad tempus constitutum in constitutione fel. record. Nicolai Papæ III. quæ incipit, Cupientes, expectabimus: & etiapropter dicto tempore, si non presentatae, vel si presentatae, minus canonice fuerint, providebimus, & si canonice fuerint, eas confirmabimus, nisi ex rationabili & evidenti causa,

CCCC 3

CONCORDATA GERMANIAE.

causa, ac de dictorum Fratrum consilio, de digniori & utiliori persona duxerimus providendum: Proviso, quod confirmati predicti, & per nos provisi, Metropolitais suis & aliis praestent debitajuramenta, & alia ad quae de jure tenetur. Et in Monasteriis dictarum Sedi immediatè non subiectis, & aliis regularibus beneficiis, super quibus pro confirmatione vel provisione ad dictam Sedem non consuevit haberi recursus, electi, seu illi, quibus providendum est, pro confirmatione & provisione huiusmodi ad Curiam Romanam venire non tenebuntur: ipsaque regularia beneficia sub expectativis gratiis non cadant. Ubi autem pro Monasteriis ad dictam Curiam venire seu mittere conlueverint, non aliter confirmabimus vel providebimus, quam superiorius de Cathedralibus Ecclesie est expressum. Et de Monasteriis Monialium non disponemus, nisi sint excepta, & tunc per commissionem ad partes.

De ceteris vero Dignitatibus & beneficiis quibuscumque, secularibus & regularibus vacaturis, ultra reservationes predictas (majoribus Dignitatibus post Pontificales in Cathedralibus, & principalibus in Collegiatis Ecclesiis exceptis) jure ordinario provideatur per illos inferiores, ad quos alias pertinet.

Placet etiam nobis, quod per quamcumque aliam reservationem, gratiam expectativam, aut quamvis aliam dispositionem, sub quamcumque verborum forma, per nos, vel auctoritate nostra factam vel faciendam, non impediemus nos, quod minus de illis, cum vacabunt de Februario, Aprilio, Junio, Augusto, Octobris & Decembri mensibus, liberè disponatur perillos, ad quos eorum collatio, provisio, presentatio, electio, seu quævis alia dispositio pertinebat; reservationibus aliis à præmissis aut dispositionibus auctoritate nostra factis vel faciendis, non obstantibus quibuscumque. Quoties vero aliquo vacante beneficio de Januarii, Martii, Maii, Julii, Septembri & Novembri mensibus specialiter dispositioni dictarum Sedis reservatis, non apparuerit infra tres menses à die nota vacationis in loco beneficij, quod alicui de illo Apostolica auctoritate prouisum fuerit: ex tunc & non ante Ordinarius vel alius, ad quem illius dispositio pertinebit, de illo liberè disponere poterit.

Et ad finem, ut hæc ordinatio collationum beneficiorum non relaturorum per alteros menses, possit per dictam Nationem publicari, & omnes, qui ea gaudere voluerint, tempus con-

gruum habeant eam acceptandi; tunc quoad dictam Sedem, à Kalendis Junii proximè futuris ipsa currere incipiat, & durabit deinceps; nisi in futuro Concilio de consensu dictarum Nationis aliter fuerit ordinatum.

Placet similiter nobis, quod circa provisionem dictarum Sedis ordinandam, modus annatarum hoc modo currat. De Ecclesiis Cathedralibus omnibus, & Monasteriis virorum dumtaxat, vacantibus & vacaturis, solvantur pro fructibus primi anni à die vacationis, summae pecuniarum in libris Cameræ Apostolicæ taxatae, quæ communia servitia nuncupantur; & si quæ excessivæ taxatae sint, tetaxantur: & quod provideatur specialiter in gravatis regionibus, secundum qualitatem rerum temporum & regnum, nec nimium prægraventur; ad quod perentibus dabitur commissiones in partibus, qui diligenter inquirant & retaxent. Taxæ autem predictæ pro media parte infra annum à die habitæ possessionis pacificæ, totius vel majoris partis, solvantur; & pro alia media parte, infra annum sequentem. Et si infra annum bis vel plures vacaverint, semel tantum solvator, nec debitum hujusmodi in successorem in Ecclesia vel Monasterio transeat.

De ceteris vero Dignitatibus, Personatibus, Officiis & beneficiis secularibus ac regularibus quibuscumque, quæ auctoritate dictarum Sedis conferentur, vel de quibus providebatur (præterquam vigore gratiarum expectativarum, aut causa permutationis) solvantur annatae seu medietatibus, juxta taxam solitam à tempore possessionis infra annum, & debitum hujusmodi similiter in successore in beneficio non transeat.

Sed de beneficiis, quæ valorem viginti quatuor florenorum auri de Camera non excedunt, nihil solvatur: curratque hæc observantia deinceps, nisi eā similiter in futuro Concilio de ipsius Nationis consensu contingat immutari. In aliis autem, quæ per fel. record. Eugenium Papam IV. etiam prædecessorem nostrum, pro dicta Natione usque ad tempus futuri generalis Concilii permisæ, concessa, indulcta & decreta, ac per nos confirmata fuerunt, in quantum illa concordiz predicti non obviant, ista vicenç hil esse volumus immutatum. Et per hoc, quod in Concordatis huiusmodi, sive quibusvis aliis eorum occasione conficiendis literis propter competentiorem descriptionem, Alemania specialiter appellatur, Natione ipsa censi non debet à Germanica Natione distinguita, seu quomodolibet separata.

Præ-

CONCORDATA GERMANIAE.

Præterea quia difficile foret, præsentes literas ad singula, in quibus de eis forsitan fides facienda fuerit, loca deferrit: cædem Apostolicæ auætoritate decernimus, quod diplatarum transumpto, Metropolitanorum dictæ Nationis sigillo munito, tamquam præsentibus, si exhiberentur, literis plena fides adhibeatur, & perinde stetur, ac si di-

ctæ præsentes literæ forent exhibitæ, vel ostensiæ. Et insuper quoque irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auætoritate scienter & malignanter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ

approbationis, ratificationis, acceptationis, commutationis, reservationis, constitutionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millefimo quadringentesimo, quadragesimo-octavo, xiv. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

INDEX

RERVM ET VERBORVM,

QUÆ IN HIS

D. CANISII COMMENTARIIS.

RRÆCIPUB EXPLICANTUR ET ILLUSTRANTUR.

Abbas à quo confirmandus, pag 636
Pluribus monasteriis præesse nequit,
pag 650.
Confert nonnumquam minores Ordines, p. 626, & 660. Dignitati suæ,
inconsulto Episcopo, renuntiare nequit, 639.
Neque novum censum monasteriis imponere. 683
Abbatissa.

In Abbatissam quæ eligenda. 636, & seq.
Absens, Absentia.
Absens an eligere possit per literas aut procuratorem, 634. An vocandus ad electionem, 635.
Accusativel damnam an absens possit, 709
Absens quando pro confessio habeatur. 125
Absentia spatiū quale concessum Prælati &
aliis beneficiatis. 694
Absentia alterius conjugum non est legitima
causa contrahendi aliud matrimonium, 437, &
seq 608, & 675
Absolutus.

De crimine an de eodem possit postulari. 709
Accessorium.
Sequitur naturam sui principalis, 581. Quibus
casibus non. Ibid & 582
Accusare, Accusatio, Accusator.
Accusatio quid. 508, & 766
Accusator tenetur se inscribere, 767. Quando
salumnari dicatur, Ibid.

Accusare, qui prohibeantur, 768, & qui accusari. 769

Accusare matrimonium qui & ad quid possunt
411, An idem possit esse accusator matrimonii &
testis; ib. Est differentia inter utrumque, 415

Acolytus.

Qualiter ordinetur, 614. Eius officium. 632, in
fine.

Acta.

Acta judicialia quæ, cur à quibus & quo ordi-
ne conscribenda, 738, 98. Eorum copia danda
partibus, Ibid.

Action.

Actionis nomen in libello an exprimi debeat, 604
744

Actiones plures in eodem libello cumulari pos-
sunt, 118, & 745. Unius rei nomine unica actio
intendatur, 570. Actionibus quanto tempore
præscribatur, 748, & 750. Personales ad alios non
transcurent. 583

Actor sequitur forum rei, 57, 736, & 765. Quæ
si pœna contumacia et absens.

Si nihil probaret debet reo deferre juramen-
tum, 757 in not. An verò reus absolvendus? 90
Actori non licet, quod reo non licet, 576. Quan-
do ei magis favendum, quam reo, 562. Actor,
probata intentione sua, non est gravandus jura-
mento. 99

Actio quod metus causa qualis, quando locum
habeat & cur necessaria. 49

Potius